

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput V. De Decretis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

catur, 2. Cor. XIII, 13. Apoc. I, 4. Ergo Deus conf. Num. VI, 24. invocatur ejus in juramento testimonium Rom. IX, 1. Peccatum in Spiritum S. gravissimum & omnis veniæ expertum Matth. XII, 31. quale non, si is creatura.



CAPUT V. De DECRETIS.

ΣΥΝΟΛΙΣ.

DEus, qui mens infinita, ut cogitans, perpendens volens, decernens sistitur. §. I.

Hi Mentis Divine Actus, vel ipsum Deum, vel alia extra se respiciunt. §. II.

Posteriores dicuntur Decreta, quorum nomina, sapientiam, profunditatem, exemplar re-

rum in mundo subsecutarum, libertatem, firmitatem nos docent. §. III.

Talia formasse Deum tum quoad res mundi, tum quoad Ecclesie ex Scriptura. §. IV.

Et Natura Dei probatur. §. V.

Modus tamen, quo decreta Deo insunt, plenè non cognoscitur. §. VI.

Quam-

Quamvis
Deum de
tra se lib
crevisse.
Ad decreti
plenius
dum, not
Attribut
liberum
pendens
tum, a
le, effica
Eternum,
imperve
ampli sum
Unde sequit
ta non ex
lia. §. X.
Sed speciali
men ho
tent. §. X
Et cuncta r
atque res
à Deo a
XII.
Quis ordo
atur, c
§. XIII.
Decretum
re de re

*Quamvis id certum
Deum de rebus ex-
tra se liberrimè de-
crevisse. §. VII.*

*Ad decreti naturam
plenius cognoscen-
dum, notanda sunt
Attributa, veluti
liberum & inde-
pendens, absolu-
tum, immutabi-
le, efficax. §. VIII.*

*Æternum, sapiens,
impervestigabile,
amplissimum. §. IX.*

*Unde sequitur decre-
ta non esse genera-
lia. §. X.*

*Sed specialia, quæ ta-
men homines la-
tent. §. XI.*

*Et cuncta unico actû
atque recto ordine
à Deo decreta. §.
XII.*

*Quis ordo esse vide-
atur, ostenditur.
§. XIII.*

*Decretum vel in gene-
re de rebus munda-*

*nis, vel in specie de
personis salvandis,
vel damnandis con-
sideratur. §. XIV.*

*Unde decretum Ele-
ctionis & Reproba-
tionis. §. XV.*

*(1.) Electionis nomi-
na. §. XVI.*

Natura. §. XVII.

Auctor. §. XVIII.

*Qui Deus Triunus,
æconomice Pater.
§. XIX.*

*Causa non est electo-
rum fides. §. XX
XXI.*

*Non iustitia propria.
§. XXII.*

*Non iustitia Christi
aliena. §. XXIII.*

*Sed solum liberrimum
Dei beneplacitum.
§. XXIV.*

*Objectum est homo
peccator, miser. §.
XXV.*

*Non omnes, sed certi,
pauci. §. XXVI.*

*Qui cuncti ad salu-
E s tem*

4. Ergo De-
us in jurame-
ntum in
s venia expe-
ctatura.

7.

IS.

in munda-
rum, libert-
firmat

docent. §. III
ormasse De-
quoad

di, tum qui
sue ex So-
a. §. IV.

ura Dei pro
§. V.

amen, quod
Deo in
non cogn

§. VI.

Qua

*tem indubitato per-
veniunt. §. XXVII.*

*Quique etiam electi-
onis sue ex signis
certi esse possunt. §.
XXVIII.*

*Sequitur decretum re-
probationis, cuius
explicatur natura.
XXIX.*

*Rationibusque proba-
tur. §. XXX.*

*Decretum hoc præsup-
ponit quidem pec-
catum. §. XXXI.*

*Sed peccatum tamen non
causa est. §. XXXII.*

*Verum causa est liber-
rimum Dei benepla-
citum. §. XXXIII.*

*Ratione relictionis,
sed prædamnatio-
nis ad pœnam cau-
sa est peccatum. §.
XXXIV.*

*Quos præterit Deus,
iis non omnem gra-
tiam denegavit, sed
quamdam reliquit,
secundum quam il-
li judicabuntur. §.
XXXV.*

*Dicta de reprobatione
ex scriptura, non
ex ratione nostra,
tuto sumuntur §.
XXXVI.*


*Usus hujus doctrina.
§. XXXVII.*

§. I.

Mens finita cogitat, perpendit, vult, eligit,
decernit; Mens infinita hæc omnia mo-
do excellentissimo agit, quod de ea nos & ra-
tio & revelatio docet. Pf. XCII, 6. Gen. XI, 5. 7.
Rom. IX, 11. 18. Act. IV, 28.

II. Hi mentis humanæ actus respiciunt vel
seipsam, aut alia extra se, quæ puta juxta co-
gita-

girata sua, c
Etiam div
tum resp
III. Po
quæ propo
tempore fu
chiones ind
tur N. m
6. 2. 12. 13. 14.
10. Act. II.
tuturum
XLVI, 11.
Eph. I, 11.
Eph. I, 5.
Ad. IV, 28.
II, 23. 1. P.
ta penitenti
sapientiam
mundo sub
aliaque no
IV. Et
Deo prædi
ve Deum
fultasse &c
existit, qu
XV, 18. u
tam per c
cationem
existunt,



gitata sua, constituto tempore, productura est. Etiam divinae mentis actus, alii se ipsam tantum respiciunt, alii verò res extra se.

III. Posteriores verò dicuntur *Decreta*, quæ proposita Dei de omnibus extra se iusto tempore futuris. Quæ in Sacris ad varias perfectiones indicandum variè insigniuntur. Dicuntur *מחשבות* cogitationes, Es. LV, 8. Ps. XCII, 6. *βουλὴ* consilium, Es. XIV, 24. XLVI, 10. Act. II, 23. *Δelineationes*, formæ rerum futurarum in consilio divino. Es. XIV, 24. XLVI, 11. XXXVII, 26. *ῥῆμα* voluntas, Eph. I, 11. *ἡ* & quidem liberrima, unde *ἰουδικία* Eph. I, 5. *חפץ* Es. XLVI, 10. *רצון* Ps. XL, 9. *πρόθεσις* propositum, Rom. IX, 11. *προορισμός*, Act. IV, 28. Rom. VIII, 30. *πρόγνωσις*, Act. II, 23-1. Petr. I, 2. Quorum nominum attentata pensitatio naturam decretorum, ceu eorum sapientiam, profunditatem, exemplar rerum in mundo subsecutarum, libertatem, firmitatem, aliaque nos docet.

IV. Et quoniam Verbum Divinum hæc de Deo prædicat, sequitur illa in Deo existere, si-ve Deum de rebus extra se antè cogitasse, consultasse &c. Quod porrò patet, quoniam nihil existit, quod non Deo ab æterno notum Act. XV, 18. unde Apostoli rectè concluderunt, notam per consequens etiam fuisse Gentium vocationem, opus Dei illustre. Quæ in tempore existunt, referri possunt vel in genere ad *mundum*.

dum, vel in specie ad *Ecclesiam*, vel ad *bona* vel ad *mala*. Atque hæc antè cogitata, definita à Deo. *Mundus* antequam creatus, consilio Dei creandus decernebatur, quod nemo negat. *Mundus* regitur à Regibus: Hi antequam thronum conscenderunt, tales à Deo constituti, quod ex variis exemplis Saule, Davide, Ieroboamo, maximè vaticiniis Danielis & Johannis constat. Ex iis de aliis in mundo iudicium ferri potest. *Ecclesia* consideratur vel in statu integritatis, vel in statu peccati. *Illam* non substitutam antè novit decrevitque Deus, nam ab æterno consilium gratiæ iniit. *Hæc* rursus consideratur vel in capite vel in membris. Caput Christus, προεγνωμένον & πρό καταβολῆς κόσμου *præcognitus ante jacta mundi fundamenta*. Membra fideles itidem *electi ante jacta mundi fundamenta*. Eph. I, 4. *Bona vel morum vel præmii sunt*: *Morum* sunt vita Christiana, quâ Christo similes: Deus προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῷ ἰκόνι & τῷ ἡμῶν *præcognovit & prædestinavit conformes imagini filii sui*. Rom. VIII, 29. *Præmii* vita æterna, Matth. XXV, 34. *Mala vel culpæ vel pænæ*: culpæ, uti scelestissima actio, crucifixio Jesu Christi, de qua tamen Act. IV, 27. *Convenerunt* Pilatus, Gentes, populus *ad faciendum* ὅσα ἡ χεὶρ σου προώρισε γενέσθαι, *quæcunque manus tua & consilium tuum prædestinarunt, ut fierent*. conf. II, 22. *Pænæ* est supplicium æternum, Matth. XXV, 41.

V. Quod

V. Quod
vincitur
perfectissim
potens, a
(quatenus
tur,) conc
VI. Erg
dam autem
possumus.
Dei valde
usque. E.
borant.
VII. H
mens, & se
& velle. H
velle, de
libera. Si
dere, aut
dendum d
ctissimus,
potest.
res præter
esse, & qu
minis cert
VIII.
noscamus
Primo, c
tum est li
exitebat,
obligare p

V. Quod scriptura tradit, illud quoque evincitur è Natura Dei superius expositâ. Deus perfectissimus, independens, omniscius, omnipotens, absque decreto rerum futurarum (quatenus hæc esse vel fieri certo præsupponuntur,) concipi nequit.

VI. Ergo inesse Deo Decreta certum. Modum autem, quo illi insunt, plenè tradere non possumus. Et non mirum. Nam cogitationes Dei *valde profunde*, Ps. XCII, 6. & *non sunt ut nostræ*. Eccl. LV, 8. quæ varia imperfectione laborant.

VII. Hoc tamen scimus, Deum, qui est mens, & semper viva, nunquam non cogitare & velle. Hoc autem vel illud, quod extra se, velle, decernere, est determinatio voluntatis libera. Si nunquam decrevisset mundum condere, aut alio temporis articulo mundum condendum decrevisset Deus, nihilominus perfectissimus, beatus fuisset, & talis à nobis concipi potest. Quum autem nunc certum sit, alias res præter illum existere, illas à Deo decretas esse, & quidem convenienter naturæ suæ, non minus certum est.

VIII. Ut verò plenius Decreti Naturam noscamus, attendendum ad *Attributa* ejus. *Primo*, quod partim ex dictis elucet, Decretum est *liberum & independens*. Nihil præexistebat, nihil adeoq; ad decernendum Deum obligare poterat. Et quod existit, per voluntatem

tatem

tatem Dei existit. Unde dicitur ἐνδοκία θελήματ⁹ Eph. I, 5. 11. Paulus maximè Rom. IX, 11. 24. hoc attributum deducit. Hinc *secundò absolutum*, non suspensum ab incerta hominis actione, quod ignorantiam in Deo ponit, aliaque absurda post se trahit: Nemo quidem salvabitur nisi fidelis, nec damnabitur quàm infidelis; sed eodem decreto, quò decrevit salutem, decrevit etiam media, Rom. VIII, 30. Eph. I, 4. Etiam decrevit permittere lapsum, peccatum, ut tamen liberè ex nulla coactione homo peccet. Per consequens *tertiò est immutabile*. Nequit enim creatura mutare. Nec mutat ipse Deus. Quod enim statuit, prudentissimè statuit. Consilio Dei competit τὸ ἀμετάθετον, quodque jramento divino confirmatum Hebr. VI, 17. quale nec leves homines mutare solent. conf. Num. XXIII, 19. Es. XLVI, 10. Unde *quartò est efficax*, quod effectum suum certò sortitur Es. XIV, 24. & eo quidem tempore & modo, quo decretum, Es. XIV, 24. Gal. IV, 4. Joh. XVII, 1. Licet rationi hæc infallibilitas libertati hominum contrariari videatur non tamen contrariatur, Act. IV, 28. nam & sapientissimè modum statuit Deus, ut cuncta propriæ naturæ convenienter agant.

IX. *Quintò insuper æternum*, non in tempore demùm de rebus decernit Deus, sed ab æterno, sic Christus *præcognitus ante fundamentum mundi*, 1. Petr. I, 20. & gratia ejus data πρὸ χρόνων αἰώνων, *ante tempora secularia*,

1. Tim.

1. Tim. I. 9.
imò omnia
Act. XV, 1.
niant, etiam
quoque om
num aliqu
non definitis
tum conce
simpliciter
cognovisse
mundi func
imperfecte
pencilimo
gloriam Dei
diversissimæ
que quidem
nec Paulus
finitum. Ni
vel liberum
Deus decre
actio bona,
permittere
culpa Dei,
virtutes div
X. Ex at
secundo ma
non esse gen
& media,
sunt. Patet
præcognov

1. Tim. I, 9. conf. Eph. I, 4. Matth. XXV, 34. imò omnia opera Deo *ab æterno* nota sunt. Act. XV, 18. Si nota & ita nota, ut certò eveniant, etiam ab æterno decreta sunt. Habent quoque omnia inter se nexum, ut adeò non unum aliquod opus seorsim decretum sit, aliis non definitis. Quum autem æternitatis distinctum conceptum non habeamus, tutissimum simpliciter cum Scriptura dicere, Deum præcognovisse ab æterno, elegisse nos ante jacta mundi fundamenta. *Sextò* denique *sapientissimus & impervestigabile*. Quæ enim decrevit, sapientissimo nexu inter se coherent, & finem ad gloriam Dei consequuntur, Rom. VIII, 29. 30. diversissimæ licèt naturæ sint, tamen conspirant, quæ quidem nos planè assequi non possumus nec Paulus Rom. XI, 33. 34. *Ultimò amplissimum*. Nihil in mundo fit, sive necessarium vel liberum, aut contingens, quod non fieri Deus decreverit, Act. XV. 18. vel efficienter si actio bona, vel permissivè, si mala. Id, quod permittere decrevit, malum quidem, sed sine culpa Dei, attamen ex permissione hac variè virtutes divinæ illustrantur.

X. Ex attributis, quæ hactenus deduximus, secundo maximè & septimo, sequitur, decreta non esse *generalia*, quibus nonnisi *conditiones & media*, personis interim vagis, præstituta sunt. Pater porro (1.) Rom. VIII, 30. & Quos præcognovit, hos etiam vocavit, & quos vocavit,

cavit, hos etiam justificavit, & quos justificavit, illos etiam glorificavit. Hoc locô nihil clariùs. Particula & personas respicit: Qui glorificantur, illi personæ E. etiam, qui præcognoscuntur. Et qui præcogniti, illis simul media ad gloriam consequendam data. (2.) Exemplum etiam prostant in particularibus personis Christo, Cyro, Jacobo, Esavo &c. quorum fata descripta, antequam impleta. Oportet decreta fuerint. Quæ verò horum, eadem aliorum ratio.

XI. Verum quidem paucissimorum fata præstituta describi. Cujus rei sapientissimas rationes Numen habet, nam quia latent apud Dominum Deum nostrum, nemo dicere potest, se decretô divinô ad hoc vel illud agendum excitatum fuisse. Nostrum est attendere ad leges revelatas, easque observare. Deut. XXIX, 29. & qui non observant, ideò meritis pœnas ferunt. Aliquando autem revelat, ut virtutes ejus à nobis cognoscantur, ipse operis Auctor habeatur, fides, spes nostra alantur.

XII. Res decreta, licet plurimæ sint, non tamen diversis sibi que succedentibus actibus, uti homines ob imperfectionem facere tenentur, decernebantur, nam prout Deus infinitus est, plurima unico actu decernit, & ita quidem, ut cuncta illa debitum ordinem teneant, qualis ex Scriptura & executione petendus.

XIII. Hic autem esse videtur: Deus decrevit

crevit gloria
corare mun
re, lapsi p
femine muli
peccata pun
XIV. Po
velim specie
et de mund
da, conserv
minibus sal
pe prædesti
tu, nam vi v
atque am e
minare. Q
mundum de
non male
usurpatur q
na præstituta
quod sacra
ses adhibear
XV. U
species: U
Quemadmo
& gloriam
Deo præde
XVI. I
bet. Dici
7. miserie
ctus Dei bo
fertur. Et

XVI. *Electio* non idem semper nomen habet. Dicitur *amor* Joh. III, 16. *gratia* Eph. I, 7. *misericordia*, Rom. IX, 16. Est enim affectus Dei benignus, gratuitus & qui misero confertur. Etiam *ἀγάπη* *præcognitio* 1. Petr. I, 2.

Le

ноя

non simplex, sed cum intenso amore & cura conjuncta, sicuti usus Hebr. עָרַךְ & Græc. *προεβλεψεν* in pluribus locis exstat. Insuper *βουλή* *consilium* Hebr. VI, 17. ceu profunda sapientia refertum. Præterea *προβλεψις* *propositum* Eph. I, 11. firmum. Plerumque hac in materia *ἐκλογῆς* *Electiois* vocabulo utimur. Hoc variè in Verbo Dei usurpari facile concedimus; Attamen usurpatur quoque de prædestinatione certorum hominum ad gratiam & salutem, Eph. I, 4.

XVII. Estque gratiosum & immutabile consilium Dei, quo è toto genere humano, ex primæva integritate in peccatum & exitium prolapso, certam quorundam hominum multitudinem, aliis nec meliorum nec digniorum, in Christo elegit, & ut ad finem, vitam æternam, sic etiam ad media ejus adipiscenda præordinavit. De quo passim S. literæ, præprimis Paulus Eph. I, 3-13. qui omnem electionis naturam, sc. Auctorem, causam impulsivam, fundamentum, objectum, tempus, media, finem pandit.

XVIII. *Auctor* Electionis est solus Deus. Homo se ipsum eligere, discernere, nec potest nec vult. Eph. II, 1. Hof. XIII, 9. 1. Cor. IV, 7. Sed Deus illum eligit Rom. IX, 11. cujus *electi* Rom. VIII, 33. audiunt. Non solum quia *eximii*, sed præprimis quia à Deo electi, à qua electione excellentia eorum oritur. Similiter Es.

XLIII,

XLIII, 20. p.
elegit. XLII
XIX. O
personis, P
actionum p
attribuitur,
quosdam ex
dicebatur h
redimendos
XVII, 6. Fi
plendam su
Sed à Pa
mandos &
2. 1. Theff.
XX. Ca
eligendum.
justitia pro
mum ejus
XXI. M
impulisset
tum pravi
nec etiam p
ne, tum sic
proptius.
Phil. I, 29.
siderantur
peccatum
opus bonu
modo idi
ad eligend

XLIII, 20. *populus בְּחֵירָה electus meus*, sc. quem elegi c. XLIV, 1. 2.

XIX. Quamvis electio communis tribus personis, Patri tamen, cui ceu primæ personæ actionum principium adscribi solet, plurimum attribuitur, Eph. I, 3. 4. 1. Petr. I, 1. 2. Ille quosdam ex mundo, quorum commiseratione ducebatur Rom. IX, 15. 16. Christo morte sua redimendos dedit, ut essent peculium ejus Joh. XVII, 6. Filius hanc voluntatem Patris adimplendam suscepit, Joh. X, 18. XVII, 4. 19. Spiritus S. verò à Patre electos, à Filio redemptos, illuminandos & sanctificandos constituit, 1. Petr. I, 2. 1. Theff. I, 5.

XX. *Causa* verò quæ Deum ad hunc præ illo eligendum *impulit* vel est electorum fides, vel justitia propria, vel Christi aliena, vel liberrium ejus beneplacitum.

XXI. *Non potest esse electorum fides.* (1.) Impulisset enim Deum vel fides actualis vel tantum prævisa, sed neutrum dici potest; non prius, nec etiam posterius. Si enim posteriori ratione, tunc fides prævisa vel producenda viribus propriis: At fides donum Dei Eph. II, 8. 9. Phil. I, 29. & qui Deo eligenti obijciuntur, considerantur (quod inferius fusius asseremus) per peccatum deperditi, inidonei ex se ad aliquod opus bonum, vel pro lucenda gratiâ Dei, quomodo id ipsum, quod Deus producturus, ipsum ad eligendum impulisset. (2.) si fides electionis

F 2

causa,

causa, homo se ipsum discerneret 1. Cor. IV, 7. (3.) & fides antecederet electionem, quam tamen sequitur. Rom. VIII, 29. 30. (4.) essetque electio temporalis, imò post mortem demum (nam fidem perseverantem intelligunt) quum tamen sit ab aeterno Eph. I, 4. ex natura omnium decretorum, & de electione fideles jam in hac vita gaudere queant. Luc. X, 20. (5.) Ultimo ab electione excluderentur infantes Parentum fidelium, qui modo nati denascuntur.

XXII. *Nec justitia propria sive bona opera, tum quia propositum secundum electionem Dei non est ex operibus sed ex vocante.* Rom. IX, 11. tum quia objectioni *An ergo injustitia apud Deum?* 14. nullus locus: Paulus facillimè respondere potuisset, prævise bona aut mala opera electionis vel reprobationis causam esse, tum quia hâc ratione justificatio & vita aeterna à Justitia hominis dependeret, quod innumeris locis adversatur, tum quia bona opera fructus electionis Eph. I, 4. tum tandem quia in Christo eligimur l. c. quæ electio nos injustos præsupponit.

XXIII. *Nec etiam justitia Christi aliena,* quasi propter Christum eligeremur, & Christus esset causa meritoria electionis nostræ. Verum quidem est electos nos esse in Christo, Ephes. I, 4. utpote qui fundamentum electionis. Neque enim Pater quosdam ex communi miseria eligere & hinc salvare potuisset, nisi eodem decreto

statuis-

statuisset, i
XVII. 6. Att
gendum. I
electus, ut
16. 1. Joh. I
fideles, non
XXIV. E
non Dei be
I. 4. 5. Elec
gularis favo
quidem ab
lauplacitu
ctioms caus
ritus favor,
peccatorib
quando non
trea ex Ro
holi scopus
terna ad eo
dare liberr
sponte seq
causam pr
Hanc autem
exemplum
rens Abrah
ex gratiosi
hazet & fili
tia genitus
redes bon
nat, quique

statuisset, illos Christo redimendos dare Joh. XVII, 6. Attamen Christus non impulit ad eligendum. Ipse enim ex amore Patris erga nos electus, ut in illo vitam haberemus. Joh. III, 16. 1. Joh. IV, 9. Christus electus est propter fideles, non fideles propter Christum.

XXIV. *E. electionis causa impulsiva est solum Dei beneplacitum.* Patet insuper ex Eph. I, 4. 5. Electio memoratur ab Apostolo ut singularis favor Patris, qui Ephesiis in Christo & quidem ab aeterno secundum *ἰουδαίαν τὴν θελήματι* *beneplacitum voluntatis* suæ contigit, E. electionis causa Dei beneplacitum quippe immeritus favor, in Christo, adeoque non sanctis sed peccatoribus, factus, & quidem ab aeterno, quando nondum existerant cf. c. c. vers. 11. Præterea ex Rom. IX, per totum firmè caput. Apostoli scopus est tradere, gratiam vocationis internæ ad eos nonnisi pertinere, quibus illam dare liberrimè decrevit Deus. Unde nunc sponte sequitur prædestinationis ad salutem causam, præter beneplacitum Dei non esse. Hanc autem Methodum tenet. Profert *primò* exemplum Ismaëlis & Isaaci, quibus idem Pater Abrahamus exstitit, sed posterior tantum ex gratiosissima liberrimaque voluntate Dei hæres & filius promissionis supernaturali potentia genitus est, in documentum illos nonnisi hæredes bonorum cælestium, quibus Deus destinat, quique divinâ virtute regeneriti. *Secundo*

Esavi & Jacobi exemplum producit, qui non solum ex eodem Parente, sed etiam eadem matre, imò eodem concubitu concepti sunt, & nondum nati, nec bonum nec malum patrunt, Deus tamen jam tum Jacobum, non item Esavum parem, ad regnum prædestinavit & amore complexus est, quo adeoque exemplo luculentissimè constat, Deum pro liberrimo voluntatis suæ beneplacito ex pluribus pariter corruptis quosdam tantum ad gloriam destinare & amore suo prosequi, ut *propositum secundum electionem Dei maneat, non ex operibus sed ex vocante. Tertio* probat diserto Scripturæ testimonio ex Ex. XXXIII, 19. Deum quorundam tantum misereri, & hujus rei non aliam causam dandam esse, quam quia Deo ita placuit, non hominum meritum. Allegat *quarto* Pharaonis exemplum, quem Deus induravit, quem aliàs, si voluisset, supernaturali virtute emollire potuisset, non minus ac Paulum, unde adeò constat, *Deum indurare quem vult, & misereri, cujus vult. Tandem* objectioni, *quid adhuc succenset? & quis voluntati ejus resistere potest?* ita satisfacit, ut provocet ad absolutum Dei jus libertatemque, provocaturus ad infidelitatem aut injustitiam prævisam, si hinc rationis Deo ogganiensis argumentum solvendum esset.

XXV. Ex dictis nunc sequitur, homines Deo eligenti obversatos fuisse peccatores, miseros, ut adeò

ut adeò nulli
illo eligendu
Ioca Pauli ci
Nam Deus
sumit. Eph.
mur sancti
tectu per eu
fili in e Eph
in eodem re
torum & in
6.7. Qua c
habent, pro
dus esse. 3
fiuntur. (a
que in pecc
(b) quos D
none ad op
(c) sed mal
ratione cor
rupta iram
gloriam no
rantur. v. 2
eligimur. 1
Christo tra
tem miseri
XXVI.
tantum, ne
cho omni
rest cum p
aut liberu

ut adeo nulla qualitas, quæ Deum ad hunc præ illo eligendum incitavit, in iis existerit. Quod loca Pauli citata aliaque abundè probant. (1.) Nam Deus eligens *æterni* Patris in Christo Jesu sumit. Eph. I, 3. 4. Quo favore demum reddimur *sancti & inculpati*. Insuper in Christo electi per eundem filii Dei (nam ex se & natura *filii iræ* Eph. II, 3. sunt.) constituuntur, atque in eodem redemptionem, remissionem peccatorum & immeritam gratiam consequuntur. *ψ*. 6. 7. Quæ cuncta necessarium inter se nexum habent, probantq; miseros, peccatores &c. electos esse. 3. 11. (2.) Etiam Rom. IX. tales fiuntur. (a) concepti in utero materno adeoque in peccato originali v. 11. conf. Ps. LI, 7. (b) quos Deus liberrimè eligit, non habita ratione ad opera bona, quæ in iis nulla quoque. (c) sed mala, hinc quosdam indebita commiseratione complectitur. v. 15. 16. (d) massa corrupta iram Dei excitare valens, ex qua vasa ad gloriam non nisi per commiserationem Dei parantur. v. 21. 22. 23. (3.) Quales in tempore eligimur, tales ab æterno Deo eligenti & nos Christo tradenti obversabamur. Eligimur autem miseri peccatores Eph. II, 1-6.

XXVI. Ex dictis porro sequitur quosdam tantum, non omnes electo, fuisse. Nam *N*. electio omnium non est electio. *2*. Nec stare potest cum peculiari favore prædicato Eph. I, 3. 4. aut liberrimo voluntatis in quorundam commi-

seratione exerenda beneplacito, quod Paulus tantopere urget. Rom. IX. 3. Qui eliguntur, illi Christo dantur, sed Christo tantum quidam ex mundo à Patre dati sunt Joh. XVII, 6. Eph. I, 4. 5. 7. Quidam tantum & comparatè pauci glorificantur, E. quidam tantum ad gloriam prædestinantur. Indissolubilis enim nexus inter prædestinationem & gloriam Rom. VIII, 29. 30. Luc. XII, 32. 7. Si omnes electi ad gloriam, etiam omnes ad necessaria media, quæ ad eam perducunt, electi: Nam si Deus finem ab æterno voluit, tum etiam media: Medium autem necessarium verbum de reconciliatione hominis peccatoris cum Deo in Christo Jesu, quo Gentes maxime sub V. etiam sub N. T. plures destitutæ sunt. 1. Deus quorundam ad vitam æternam dandum non misertus est. E. non omnes electi. Sed de hoc inferius 1. Electio universalis adversatur immutabilitati, omniscientiæ, sapientiæ, omnipotentia Dei. Transeo, quæ superius de proprietatibus decreti dixi, atque etiam unam particularem Electionem probant.

XXVII. Illi verò, qui electi, Deo noti & certi sunt, quique ad salutem indubitato perveniunt. (1.) Nam *Deus novit*, amat, custodit, *qui sui sunt*. 2. Tim. II, 19. Quamvis enim Hymenæus & Philetus aberraverint, illi non erant ex electis, quippe *firimum fundamentum Dei stat, & habet hoc sigillum; Deus novit,*
qui

qui sui sunt
dilexit, C
ficandos d
constans
vitam æter
VI, 37. qu
Spiritus ha
in altera v
VIII, 23. E
causa est v
Sponsoris
Seductoru
Hebr. VI,
13-6. Mar
dam, non
20. libro 7
diti à ja
8. Hacin
à Catalog
rum Efr.
quosdam
nem Jesu
etiam bon
duntur.
neciple n
Acced
elegit, si
Hic omni
quiam ele
Christus

qui sui sunt. l. c. (2.) Quos Deus elegit, illos dilexit, Christo redimendos, Spiritui S. sanctificandos dedit. At dilectio Dei efficacissima & constans, Rom. XI, 24. & omnes qui filio dati, vitam æternam consequuntur, Joh. XVII, 2, 12. VI, 37. quique ἀπαρχὴν τῶ πνεύματος & *primitias Spiritus* habent, illi plenam redemptionem, quæ in altera vita, expectandi jus habent, Rom. VIII, 23. Eph. I, 13. 14. (3.) Si electi pereunt, causa est vel à parte Dei eligentis, vel à parte Sponsoris, vel à parte electorum, vel à parte Seducorum. At nullum ex his dici potest. Hebr. VI, 17. Joh. X, 11. 14. 15. 26. 27. 28. 29. 1. Petr. I, 3-6. Marc. XIII, 20. 22. (4.) Nomina quorundam, non omnium, scripta sunt *in cælo* Luc. X, 20. *libro vitæ*, Phil. IV, 3. *libro vitæ agni mactati à jactis mundi fundamentis*. Apoc. XIII, 8. Hæc impropria loquendi ratio, quæ desumpta à Catalogis genealogicis in Republica Judæorum Esr. II, 61. 62. Apoc. III, 5. docet, certos quosdam vitæ æternæ in Cælo propter sanguinem Jesu Christi hæredes à Deo scriptos esse, qui etiam boni destinati infallibiliter participes redduntur. Quos enim hæredes scripsit Deus, eos nec ipse nec alius ex libro vitæ expungit.

Accedit, quod Deus eos, quos ad gloriam elegit, simul ad idonea media elegerit. (1.) Hæc omnium decretorum indoles est. (2.) speciatim electionis, nam media ad gloriam sunt Christus, ejusque mors, verbum, fides, vo-

catio, justificatio, sanctificatio. At hæc electis dat Deus, Eph. I, 4. 5. &c. Rom. VIII, 30. 2. Theff. II, 13. Tit. I, 1.

XXVIII. Unde nunc fluit, electos, qui rationis usu pollent, electionis suæ certos esse posse. Qui enim media, quæ Deus ad salutem consequendam destinavit, ritè possidet, ille de electionis favore certus esse potest. Exemplum esto, si quis fidem habet, Tit. I, 1. 2. Cor. XIII, 5. *Dein* per studium bonorum operum *electio firma* redditur 2. Pet. I, 10. quod sine sensu fieri nequit. *Præterea* gaudium licet testari, quod nomina scripta sint in cælis, Luc. X, 20. in rebus dubiis autem gaudium non obtinet. *Tandem* ex Rom. VIII, 35. f. *Quis nos separabit ab amore Christi?* quam confidentiam Apostolus ex doctrina de electione pro se & aliis fidelibus derivat. Cæterum omnino hujus certitudinis diversi gradus dantur, & solet subinde Deus gravibus ex causis fiduciam subtrahere, ut illam electi in posterum enixiori studio vividam conservent.

XXIX. Altera prædestinationis species est *reprobatio*, sive Decretum Dei liberrimum de certis hominibus in massa corruptionis relinquendis & propter peccata ad demonstrationem justitiæ damnandis.

XXX. Dari reprobationem probat 1. dogma Electionis modo expositum. Si certi quidam eliguntur, & Christo redimendi dantur, tum

tum alii re
m, quod an
que ad sal
necessaria
varis locis
Dei ad res
que à pleris
probantur
quem ad di
statuit, ille
16, 18, 21.
buisse. p. q
quosdam
tum apta
Epistola, si
dici ad tem
lis rejeccio
V, 9. sing
Thessalon
quisitione
sum Christi
Ex quibus
militer 1. f.
scripti qui
aliante scr
XXXI.
sive non
Quod si er
fabantur,
probanti.

tum alii relinquuntur. 2. Natura decreti divini, quod amplissimum &c. 3. Plurimis media, quæ ad salutem in Christo Jesu consequendam necessaria sunt, non dantur. 4. Scriptura in variis locis (a) Prov. XVI, 4. *Omnia operatur Deus ad responsum suum.* Non bona tantum, quæ à plerisque Deo attribuntur, sed *etiam improbum ad diem malum* sine labe tamen, nam quem ad diem malum molitur, sive puniendum statuit, ille *עשׂר improbus.* (b) Rom. IX, 13. 15. 16. 18. 21, 22. Deus dicitur *a.* Esavum odio habuisse. *β.* quorundam, non omnium misereri. *γ.* quosdam indurare. *δ.* habere vasa iræ ad interitum aptata. (c) Totum quoque cap. XI, ejusd. Epistolæ, secundum quod Gentiles sub V. Judæi ad tempus sub N. T. rejecti sunt. At actualis rejectio præsupponit decretum. (d) 1. Thess. V, 9. singularis gratia commendatur, quod Thessalonicenses non positi *ad iram sed ad acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum.* E. hæc gratia non omnibus datur. Et quibus non datur, *illi ad iram* positi. Consimiliter 1. Petr. II, 8. 9. (e) *προεγραμμένους* *antè scripti* quidam sunt *ad judicium*, Jud. 7. 4. ut alii antè scripti in cælo vel libro vitæ.

XXXI. *Reprobatio præsupponit peccatum*, sive non alii reprobantur quàm peccatores. Quod si enim homines Deo eligenti tales obversabantur, uti supra adstruximus, non minus reprobanti. A perfectione Dei alienum, ut hominem

minem bonum, quique absque ullo peccato consideratur, à gratia sua separet. Dein phrasēs, quæ de reprobatione dicuntur, uti *non misereri, indurare* &c. hominem miserum, malum, supponunt.

XXXII. Quod verò quidam reprobatī, Christo non redimendi dati sunt, eò Deum non impulit peccatum, si enim peccatum reprobationis causa impulsiva, tum omnes homines reprobatī fuissent.

XXXIII. *Genuina ergo causa est liberrimum Dei beneplacitum.* Etenim si Deus voluisset peccatorem in sanguine suo projectum Christo redimendum & Spiritui S. sanctificandum tradere, annon is salvatus? Joh. VI, 37. Quod verò ipsi hanc gratiam indebitam non præstitit, pendet id à Dei voluntate. Hoc ipsum est, quod Paulus ad Rom. cap. IX. sapienter citato exemplis Ismaëlis, Esavi, Pharaonis, luti, ex quo figulus vas ad dedecus pro lubitu format, dictis *Miserebor, cujus misertus fuero: Deus indurat, quem vult*, docet. Constat tandem ex idoneis salutis mediis, quibus integræ nationes, Deo ita volente, destituuntur. Pl. CXLVII, 19. 20. Act. XIV, 16. Matth. XI, 25. At à mediis dependet effectus. Rom. X, 14.

XXXIV. Quando itaque Deus quosdam, Hymenæum, Philetum præ aliis, Paulo, Timotheo in suo statu relinquit, agit ut *αὐτοκράτωρ*, qui de suo facere potest, quod lubet, dum verò

eosdem

eosdem ad po
index & causa
delictum, &
na. Prov. XVI
XXXV. U
Deus quosda
intelligendun
Omnibus iis
14. 15. quib
rit. Quo qu
committas p
catorum ratio
tur. Adinte
rari, qui no
libus ex abu
imiplex co
infecit Deo
quam qui lab
super actuali
maculati ob
tiam, in quo
XXXVI.
unica dogma
hoc Electio
omnes alie R
disconvitis
hantur. Fa
ni, si ex se a
nonmirum,
tatem divi

eosdem ad pœnas prædamnat, agit, ut *summus*
judex & causa est peccatum, ubi enim pœna, ibi
 delictum, & ubi nullum delictum, ibi nulla pœ-
 na. Prov. XVI, 4. Rom. IX, 21.

XXXV. Ubi verò id observandum, quando
 Deus quosdam præterire dicitur, hoc non ita
 intelligendum ac si omnem iis denegat gratiam.
 Omnibus iis naturæ lumen Rom. I, 19. 20. II,
 14. 15- quibusdam etiam Evangelii dare decre-
 vit. Quo quum turpiter sponte abutantur, ad
 commeritas pœnas, habitæ ad diversitatem pec-
 catorum ratione, à justissimo iudice damnan-
 tur. Ad intensiores longè pœnas prædamnan-
 tur ii, qui non solum peccato originali & actua-
 libus ex abusu donorum naturæ sed peccatis
 insuper ex contemptu gratiæ in Evangelio oblata
 infecti Deo obijciuntur. Matth. XI, 22. 24.
 quàm qui labe peccati originalis tantum, vel in-
 super actualium contra dictamen rationis com-
 maculati obversantur. Ipsam tamen differen-
 tiam, in quo consistat, justus iudex solus novit.

XXXVI. Hac sunt, quæ præeunte Scriptura,
 unica dogmatum fidei certa regula, de sublimi
 hoc *Electiōis & Reprobationis* dogmate, cui
 omnes aliæ Religiones, nonnulla etiam horren-
 dis convitiis adversantur, *ὅς ἐν τῷ πνεύματι* dicenda vide-
 bantur. Facile concedimus, dogma hoc ratio-
 ni, si ex se argumentatur, difficile videri, sed
 non mirum, quum in eodem Paulus *profundi-*
tatem divitiarum sapientiæ & cognitionis
Dei